



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Methodvs Expeditæ Confessionis Tum pro Confessarijs, tum pro Pœnitentibus**

**Tamburini, Tommaso**

**Coloniæ Agrippinæ, 1657**

De occisione in causa, paragr. 2

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41773**

Ut si quis acriter verberaret suum inimicum in Ecclesia, nec vulnus faceret, contraheretne prædicti sacrilegii malitiam in Confessione explicandam? Et non contrahere probabilius *c. De Lug. de pæn. d. 16. sec. 10 n. 408. cont. prædictū Hag. loc. cit.* existimo; quia Ecclesiæ prohibito solum meminit de homicidio, & de percussione cum effusione sanguinis: ergo ad percussionem, sine sanguinis effusione, extendenda non est.

Quid autem hic intelligatur nomine loci sacri, §. dicam c. 7. §. n. 40.

§. II.

*De Occisione in causa.*

§. **V**ulneravit quis v. g. vel venenum, consiliumve dedit, tendens ad mortem alicujus; satisne est in Confessione causam mortis dumtaxat proponere, hoc est vulnus, venenum, I 7 confi-

consilium; an insuper erit necessesse addere ipsum effectum sequutum, id est mortem ex illis causis derivatam?

6 Profectò certatur utrimque probabiliter: sed vero probabilissimum est, non esse in rigore obligationem effectum secutum confitendi. Ratio est, quia ille effectus, qui consequitur, non est peccatum: unde evenire subinde potest, ut quando ponitur mors, ex veneno v. gr. propinato, inveniatur justus per contritionem ille, qui venenum dedit. Cum igitur teneamur confiteri sola peccata, (quæ tantum sunt illa, quæ S. Augustinus comprehendit sub iis verbis, Factum, Dictum, Concupitum contra legem æternam) non autem teneamur fateri effectum illum mortis fateri minime tenebimur. Satis erit igitur dicere, Vulneravi lethaliter,

Propi-

*a Vasq.  
Granad.  
Aliique  
quos cit.  
& sequit.  
Bonac. de  
peccat. d. 2  
q. 4. p. 4.  
n. 8. Et  
Jo Sanch.  
in selectis  
d. 20. n. 5.*

Prop  
Con  
te, &

7

ter  
sex  
gr.  
noct  
bus,  
ut a  
niat

8

adve  
ter  
mod  
cum  
præ  
que  
tus.  
trax  
di, v  
liqu

Propinavi lechale venenum,  
Consilium dedi efficax de mor-  
te, &c.

7 Idem dic (ut semel hic obi-  
ter id non prætermittam) in  
sexto præcepto de comedente v.  
gr. calida ut sequatur pollutio  
nocturna, & in similibus *b* casi-  
bus, in quibus apponitur causa,  
ut aliquis effectus tandem eve-  
niat, &c.

*b Ibidem.*

8 Dixi (in rigore) nam rectè  
advertunt nonnulli, & regulari-  
ter expedire explicare ejus-  
modi effectus consequutos, *c*  
cum ita melius malicia actus  
præcedentis explicetur, melius-  
que intelligatur peccatoris sta-  
tus, & insuper an aliquam con-  
traxerit obligationem restituen-  
di, vel in censuram, casumve a-  
liquem reservatum incidit.

*c Vasp. 2.  
10. 1. d. 24.  
c. 4.*